



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Soldin ihre Besitzungen und Rechte, am 5. Juni 1325.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

decimo, presentibus nostris fidelibus Droysecone et Slothecone, nostre curie dapiferis, Henrico Schenkone de Schenkendorp, Henrico de Aluensleue et Johanne de Crochere, militibus, cum aliis pluribus fidedignis, die beatorum Gordiani et Epymachi martirum.

Aus Dreger'scher Abschrift.

VI. Markgraf Woldemar verordnet, daß die Städte Berlinichen, Neu-Landsberg, Küstrin, Zellin, Bärwalde, Neu-Bernau und Neuenburg aus Soldin, wie früher aus Straußberg, ihre Rechtsbelehrungen holen sollen, am 26. Dezember 1317.

In nomine domini amen. Ut ea, que in tempore peraguntur, ab obliuione temporis liberi maneant in memoria sempiterna, solent per scripture testimonium robur capere perpetue firmitatis. Hinc est, quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, recognoscimus in presenti littera publice profitentes, Quod Consules Soldinensis ciuitatis presentes et futuros prerogatiua, que inferius ponitur, duximus fauorabiliter decorandos, videlicet quod consules ac cives presentes et futuri ciuitatum subscriptarum Noue Berlin, Noue Landtsberg, Koftryn, Zellin, berenwalde, Noue Bernowe et Nygenborch de cetero temporibus perpetuis super omni casu et causa postulabunt a consulibus ac scabinis predictae nostre ciuitatis Soldyn ius sibi dari et qualitercumque ipsi ius dixerint, taliter debet a premissis ciuitatibus obseruari cum omnibus condicionibus et modis, quibus a ciuitate nostra Struceberch dictum jus dari solebat. Et ut hec nostra gratia dicte nostre ciuitati Soldyn indulta semper inconcussa seruetur, hanc litteram super eo iussimus dari et sigilli nostri robore communiri. Testes presentes fuerunt nobilis vir Guntherus comes de Keuernberg, Conradus de Wedel, Droyseko, haffo et Wedego de Wedel, Henningus Botel, Mathias de Bredowe, milites, Rodolfus de Lieuendal, aduocatus, Henricus, ecclesie Stendalgenensis decanus, Euerardus Stolpenfis, thidemannus grandzoyensis prepositi, hermannus de luchowe, nostri capellani, cum aliis pluribus fidedignis. Actum et Datum Spandowe, Anno domini Millesimo trecentesimo Septimo decimo, die sancti Stephani prothomartiris, in nostra presentia.

Nach dem Original des Soldiner Stadtarchives.

VII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Soldin ihre Besitzungen und Rechte, am 5. Juni 1325.

Lodewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bawarie ac sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus suis et dilectis burgenfisibus in Sol-

dyn presentibus et futuris Salutem et in cunctis successibus prosperis habundare. Nostrom animam ad hec vestra allicit constantia, quod circa ea, que commodum vestrum et commune bonum concernunt, debeamus sedulo sinceris affectibus occupari. Deuotis ergo uestris requisitionibus inclinati, vniuersa vestra et ciuitatis vestre predictae Jura, libertates, proprietates, possessiones, donationes, gratias, approbatas consuetudines, necnon emunitates, quibus vos et ciuitatem nostram predictam magnifici Principes, quondam Marchiones Brandenburgenses, nostri predecessores felicis memorie, adornarunt, Insuper omnia Priuilegia, litteras et instrumenta, vobis et ciuitati super predictis iuribus etc. — concessa — sollempniter confirmamus. — Presentes fuerunt Nobilis vir dominus Guntherus Comes de Lindowe, Honorabilis vir dominus Segerus, prepositus Stendaliensis, Albertus de clepezk, thidericus de kercowe, Dobezlans de Ekstede, ludolfus de wedele, Bertoldus de buzi, Trampo et hinricus de Rökez, milites nostri, Haffo et heningus de Wedele, famuli, cum pluribus aliis fide dignis. Datum in loco apud duas Rotas, in nostra presentia, per manum Hermanni de Luchowe, Anno Domini Millesimo Trecentesimo vigesimo quinto, feria quarta proxima post dominicam Trinitatis.

Nach dem Originale des Soldiner Stadtarchives.

VIII. Der Rath zu Soldin verschreibt den dortigen Predigermönchen einen Platz zu ein oder zwei Hausbauten, am 14. April 1326.

In nomine patris et filii et sancti Spiritus. Cum ea, que male pullulare possunt, equum est in principio extirpare radicitus, vt non crescant peius; Inde est, quod nos consules ciuitatis Soldinensis, prouidendo indemnitatibus fratrum ordinis predicatorum nobiscum residencium parte ex vna et dubiis ciuium nostrorum forsitan in futurum emergendis, parte ex altera industria debita precauendo, tenore presentium protestamur, quod area, que ex opposito cimiterii fratrum eorundem sita est in parte septentrionali, habens in longitudine virgales mensuras septem, in latitudine quatuor et dimidiam ad ipsos hereditarie pertinet ac pertinebit in perpetuum, seruatis nichilominus condicionibus infra scriptis: Dicti fratres in ipsa area edificabunt vnam domum seu duas, sicut eis opportunum visum fuerit, pro qua uel pro quibus ipsi fratres seu inhabitatores domus uel domorum solum vnus domus iura ciuilia facere tenebuntur, Excepto quod predicti fratres exactionem pro supraposita area facient integra de XXIII talentis brandenburgensis monete, nec non possessores aree de omnibus, que hereditarie possident, similiter collectam dabunt, sicut ceteri ciues nostri. In huius rei testimonium Sigillum nostre ciuitatis duximus presentibus apponendum. Testes huius euidencie sunt hynricus baurus, Johannes massin, Rudolfus sciltberch, hynricus monaghus, Eghardus, Johannes schilt, arnoldus faber, Johannes Lunenborch, Johannes benedict, Con. scogkov, consules ciuitatis. Datum anno domini M^o CCC^o XXVI^o, XVIII^o Kal. maij.

Nach dem Originale im Besitz der Stadt Soldin.